Principali ex promissis non completa Complenda Cita-
tus ex parte memoratus Regni Altis Fedorius Kri-
chen Lucreowicz sive eius posteri. Ad Instantiam supranomi-
nati Altis Demetrij Jaworski Romanowicz Citationa-
rij sui sive illius successorum. Ad Officiumque praesens Castren-
se Capitaneale Premisliense equare recessu suprascripto quo
ad respondendum spectat Mediante. Semper in primo Ci-
tationis termino tanquam peremptorio stare. Juri pa-
rere, respondere, vadium praetensum Luere, Inscriptioni praesenti
satisfacere ac omne Judicatum pati debebit et tene-
bitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit
et obligat praesentibus, Eundemque terminum primum pe-
remptorium ubi et alios omnes exinde Consequentes
Causae eiusdem terminos semper peremptorios vera In-
firmitate, pro Maiori Minorennitate, Successionem Legatio-
ne intra vel extra Regnum, servitio Militari, ad Mu-
nimenta ad Exercitum, vel alijs quibusvis Dilatio-
nibus et Legalibus impedimentis non differendo. Ad
Quietationem praesentis ultra primos Officij praesentis Castren-
sis Premisliensis terminos Dilationem sibi non recipiendo. Nul-
lasque Motiones Appellationes ac earum prosequutiones fa-
ciendo, ac praemissa omnia de Iuris Simplicibus vel Tri-
plicatis, Evasionibus, suspensionibus, Fatalij
Juris Praescriptione, Terrestri Bello, Concertatione,
vel alijs quibus Juris remedijs et defensis non subterfugi-
endo Nequoius alio modo Evadendo Hac sua praesenti pro-
nali Recognitione ad praemissa omnia Mediante.

Actum in Castro Pre-
misliensi Vigore Laudi
Feria Quarta post Festa
Natiuitatis Gloriosissimae
Virginis Mariae proxima An:

11/IX m. 1669

[An]no Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono. Jaworski Consorti Reformat.

Coram Officio et Actis Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus. Comparens personaliter Nobilis Bazilius Jaworski Marzycho, sanus mente et Corpore existens, ab Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis et propriae Competentiae recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Jurisdictioni Premisliensi quoad Actum modernum attinet se Cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice, ac expresse recognovit Quia Ipse Nobili Marussiae Lubochorska Nobilis Eliae Lubochorski Filiae suae vero Regnalis Consorti legitimae et ipsius successoribus summam Sexcentorum florenorum polonicalium ratione Dotis et expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam importatae Nec Non aliam similem summam Sexcentorum florenorum polonicalium ratione Certi veri Justi et liquidi Dotalitii inde super tota et integra Medietate omnium generaliter bonorum suorum Haereditariorum et Obligatoriorum Mobilium et Immobilium summarumque quarumvis pecuniariarum Nec Non Auri Argenti Clenodiorum Unionum Margarethorum Stanni, Aeris, Cupri, Orichalci vestium vestimentorum Equorum Equitiis, pecorum pecudumque ac totius suppellectilis domesticae nunc habitae et in post. habendae in quavis forma et Materia existentis dedit, dotavit, dotalitiavit, inscripsit et Reformavit, prout dat dotat dotalitiat inscribit et Reformat praesentibus. Per quam ipsam Nobilem Marussiam Lubochorska suam Regnalis Consortem eiusque posteros eandem Medietatem bonorum suorum Haereditariorum et Obli-

gatoriorum

gatorum Mobilium et Immobilium Summarumq quarumvis
pecuniarum Cum Universis eorum Utilitatibus et Provenien
tibus Competentiisq et Prorogativis quavis tenendi habendi
et possidendi illisq quiete et pacifice utifruendi ad Seq
et Suorum Successionem quorumvis beneplacitos usus fruendi li
bere et effectualiter Convertendi Vigore ac more aliarum
Reformationum hactenus et diutius in Regno observari
solitarum; Prout quoq Suae Recognitione ad praemissa omnia et
singula Mediante.

Admdm Rndus Papieski Rector Collegii Jaroslawiens Soc Jesu Illrem et Magcum Castellanum Lubaczowiensem Quietat.

Coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitaneal Premislien
Comparens pls Admdm Rndus in Christo Pater Petrus
Papieski Rector Collegii Leopoliens Societatis Jesu sanus
mente et Corpore existens Foro suo quovis Competenti q
misso et Jurisdictione propria postthabita. Praesenti autem Juris
dictioni Castren Capitanli Premislien Jurisdictioni quo ad A
ctum Modernum attinet se Cum successoribus ac bonis suis
generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq
subjiciendo palam libere publice ac expresse recognovit.
Quia Ipse suo et totius Collegii Leopoliens Societatis
Jesu Nõe p Cuius rati habitione Cavet et se praesens inscri
bit Illustrem et Magcum Samuelem Andream de Zmigrod
Stadnicki Castellanum Lubaczowiens et Mariannam Barba
ram de Zmigrod Stadnicka Bonorum ex Inscriptionem
Censu oneratam Haereditarios Coniuges et ipsorum Successores
de Summa Census Annui a Summa Viginti Quatuor Mil
lium florens polons olim Illrem et Magcum Stanislaum
a Zmigrod Stadnicki Castellanum Premislien Coram Actis